M I M

1 6 4 8

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-572712-p0001-0

~~E. 6. 5~~
Ll, 2, 3.

30 B 10.

In usum Pædagogii
Regii Glauchensis

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-572712-p0002-6

28

# ΕΠΙΓΑΜΗΛΙΑ
*In*
Solenne nuptiarum feſtum,
*Quod*
*Rev. & Doctiſſ. Vir*
DN.
# CHRISTIANUS COCCIUS
Paſtor Riezenſis Fideliſſ.
*Reverendi & Doctiſſimi Viri*
DN. ERNESTI JULII COCCII,
Diaconi Beſcov: Filius,
*Cum*
*Pudiciſſima juxta ac piiſſima Virgine*
# EVA MARIA TREWERIA,
*Reverendi & Clariſſimi Viri*
DN. GODFRIDI TREWERS,
Paſt. & Inſpect. Beſcov.
Filia
15. Cal. Septemb. anni hujus
1645.
celebraturus eſt,
ſcripta ab Amicis.

---

*Francofurti ad Viadrum*
excudebat
*NICOLAUS KOCHIUS.*

24

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-572712-p0003-1

# Oſculum Valedictorium, quo Filia Sponſa à parente dimiſſa eſt.

Tob. 10. v. 12. 13.

Vnd die Eltern nahmen die Tochter/ vnd küſſeten ſie/ vnd lieſſen ſie von ſich/ vnd vermahneten ſie/ das ſie ja wolte jhres Mannes Eltern ehren/ als jhre eigene Eltern/ jhren Man lieben/ das Geſinde fleiſſig regieren/ vnd ſich ſelbſt züchtiglich halten.

*QUæ Saræ quondã præcepta dedere parentes,*
*quando domum Sponſi vellet adire ſui:*
*Nunc eadem tibi trado, pià quæ mente ſequaris,*
*nata, domum Sponſi mox jnitura tui.*
Socrum ceu Matrem, Socerũ patris inſtar honora,
Conſortem toto dilige corde tuum,
Ancillas ſobolemq́; piâ ratione guberna,
magna pudicitiæ ſit tibi cura tuæ.
*Hæc ſi præſtiteris, te gratia Dia beabit*
*mutuus atq; tui conjugis uret amor.*
*Fortunata domus, res atq; domeſtica fiet,*
*Nominis & vera laude Fidelis eris.*

* * * *

NVn liebſte Tochter mein/ nim hin von Vaters Hertzen/
Der dich gezeuget hat/ der dich mit vielen Schmertzen
Erzog in Gottesfurcht/ nimb hin den ſüſſen Kuß/
Weil ich dich/ liebes Kind/ nun von mir laſſen muß.
Wie du geliebet mich/ wie du mich haſt geehret/
Vnd deiner Mutter Hertz/ mit willen nie verſehret/
So lieb' vnd ehre nun/ all deines Lebens Zeit/
Die Eltern deines Manns/ die grawen Häupter beyd.
Dei n' keuſche liebes Flam ſtreck ſich zu allen Zeiten/
Allein zu dem/ den dir Gott giebt an deine Seiten/
Der hab dein gantzes Hertz/ der hab dein Sinn vnd Muth/
Laß dir gefallen woll/ was jhm gefallen thut.
Auch muſtu Häußlich ſein Verſorgen Küch' vnd Keller/
Vnd was zum Tiſch gehört/ in Schüſſel vnd auff Teller/
Vernünfftig fahren auch mit Kinder vnd Geſind
Wie es die Zeit erheiſcht/ jetzt ernſtlich/ jetzt gelind.

Dein

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-572712-p0004-7

Dein Faß in Zucht vnd Ehr/ dein Geiſt vnd dein Gewiſſen
Behalt in Keuſchheit rein/ vnd ſey dahin gefliſſen/
Das du in Gottes Huld/ in JEſu Reinigkeit
Sein' liebe HimmelsBraut/ ſein magſt in Ewigkeit.

Gottfried Trewer/
der Braut Vater.

---

QUod Deus omnipotens, eſt experientia teſtis,
Haut quicquam ſurdâ negligat aure preces.
Intrabā nam cū, Chriſto Duce, & auſpice tædas,
Quòd bene ſperarem nil mage dulce fuit:
Quàm pater ut nati lallanti voce vocarer:
Contigit optatum. nata mihi eſt ſoboles.
O utinam audirem ſobolem, dein corde vovebam,
Attentis precibus ſollicitare Deum!
Factum. Et quod nunquam potui ſperare, docentem
Attendit populꝰ: Sic modò præco Dei eſt.
Quem ſpectabam olim puerili vellere cinctum,
Nunc paſtorali cernere veſte juvat.
Exopto ſociam nato; donatur & illa:
Treuveridum germen, virgineumq; decus.
Quam genus & pietas, quam caſta modeſtia formæ
Ornat, condecorat vera pudicitia,
Sic Deus omnipotens, omni qui dignus honore,
Haut quicquam ſurdâ negligit aure preces.
Hactenus ut facili precibus, ſe præbuit aure,
Sic patriis votis, annuet hisce meis:

*Di Deus, auſpicio cujus connubia fiunt,*
*Nati ut ſit felix conjugialis amor.*
*Larga illi creſcat Divino copia nutu,*
*Hunc pleno cornu copia larga beet.*
*Atq; avus ut videam pariter cum nepte nepotem,*
*Poſt oculos claudens, gaudia magna poli.*
*Firmiter hunc thalamum ſerva, ſic firmiter, opto.*
*Ne Lacheſis ſacrum lurida turbet opus.*
*Ipſus id efficiat, primus qui junxit amantes,*
*De voto trinum comprecor ore Deum.*

Ita ex animo vovet ſponſi pater
Julius Erneſtus Coccius,
Eccleſiaſtes Beſcovienſis.

---

Q*Uàm facit inviſos adjuncta* Superbia Myſtas;
*Quàm turpat* Clerum ſubdola lingua ſacrũ:
*Tam charum cunctis Tegrata* Modeſtia *reddit,*
TREVERE, & falſi neſcia Lingua ſoni.
*Splendidiore loco poteras, vocitante favore*
*Magnatum, Famæ conſuluiſſe Tuæ:*
*At contenta bonis conceſſis ſat Tua duxit*
*Felicem Virtus ſe ſtatione ſuâ.*
*Præſentes adamas; redamaris: cernere coràm*
Natas *cum* Generis *dat* favor, *ecce,* DEI.
*Quidnî* terreſtris Paradiſi *forma ſit iſtæc?*
*Majus an infidus gaudium hic orbis habet?*
*Falſidicæ paſſim dum ſentit verbera linguæ,*
*Qui ſimulare fugit, diſſimulare rudis.*

*Nempe*

*Nempe* inter Natorum & limina fida Parentum
*Dudum* reſtat Amor: *cætera redde aliis.*
*Sorte Tuâ lætare diu*, fidiſſime Myſta,
*Qui* Virtute *æquas* nominis *omne* decus:
*Fidus in eloquiis, congreſſu comis, apertâ*
*Cæleſtem exponens dexteritate Fidem.*
*Olim quæ curâſti, & quæ nunc alteri adornas*
*Natarum, thalami gaudia ſacra pii,*
*Omnigenâ recreent Te proſperitate* parentem!
*Juxta &* Avum *faciant fertilitate pari!*
*Immò ut* Thariaden *cingat Te poſtera turbam*;
*Paſcentem lætis lumina luminibus!*
*Dum* fidos *omnes Vos* ſervos *poſcat* Olympus,
*Aptos cæleſtis gaudia inire tori.*

M. Georgius Mellemannus,
Græcæ Ling. in Acad. Viad.
Prof. Publ.

---

ET ſocer atq; gener *ſunt munere, moribus unum:*
*Sint animus* Sponſis *unus, & unus amor.*
*Conſpicuus multùm* ſocer *eſt pietate, fideq;:*
*Illuſtrent* Sponſos *vita, fides, ſoboles.*
*Ut domus exurgat nova, firmis fulta columnis:*
*Diâ pace, penu divite, prole piâ.*

M. Joannes Chriſtophorus Ludecus,
Ædis ſupremæ Francof. Concionator.

 Ad

Ad Dn. Sponſum

EST Sponſus ſponſæ ſponſus, ſunt ergo Relata:
Subſumas, fiet tunc theſis hypotheſis.
Nulla relatis ſunt adverſa: Reciproca cuncta
Naturaq́ʒ ſimul: ceu Stagirita docet.
Nulla ſient vobis adverſa, reciproca cuncta:
Eſte unum vitâ, corpore, mente, precor.

Fecit
M. Tobias Qviſtorpius,
Eccleſ. Fürſtenvvald. Paſtor, & vicin. Inſpect.

---

*Ad*
Reverendum Dominum SPONSUM,
Affinem dilectiſſimum.

EN ego jam tædis quàm vellem ſcribere carmen,
Et præſens thalami concelebrare diem:
Sic mea Muſa vetat, negat & mihi vena liquores
Sacris, ut par eſt, fundere verba tuis.
Pruſsiacis etenim dum magnus Avunculus oris
Mortuus eſt, meritò lugeo fata Viri.
BLANCKFELDUM doleo, multùm qui profuit, inſtar,
(Dùm juvenilis eram,) quiq́ʒ parentis erat.
Abſenti ignoſcas igitur: ſimul accipe Votum.
Proſit amor, ſuperes Neſtoreosq́; dies!

gratulabundus ſcribebat
lug: calamô
Sebaſtianus Rhewendus, Cam.
Elect. Brand. Advocatus, & Acad.
Francof. p. t. Syndicus.

*Ad*

Ad
DN. Sponſæ Parentem, Affinem ſuum
honoratiſſimum.

EST donum Jovæ, quod multâ prole Parentis
Nomina qvis mereat, qvod pius illa gerat.
Sed majus donum, ſi Prolis cernere Prolem
Eſt licitum; qvod nos Schemata ſacra docent.
Qvadrat Vir Reverende tibi (qvod grator) utrumq;
Namq; unus duplex; ac Pater ac Avus es.
Gaudium at hoc duplex iterum tibi duplicat ipſe
Jova, ſecunda Viro dum datur Eva pio.
Tertia ſuccedet, nî fallor, tempore curtô,
Et ſic Perfectum gaudia Trina dabunt.
Ut ſit Perfectum Trinum Perfectior omni,
Trinus Perfectum det Deus ipſe Bonum.

Votum Chronologicum.

O DeVs hIs bene DICtæDIs, aſsInt bona qVæqVæ!
EnVtV JoVæ sVnt rata Vota reor.

Francofurtô mittebat
M. Johannes Laurentii,
Eccleſiaſtes ibid.

---

Εὐχὴ pro Νεογάμοισ.

COnjugibus largire novis, DEUS optime, quævis,
Quæ pia vota volunt, proſpera quæq; volunt.
Jurgia pelle procul, diſcedat ſæva ſimultas,
Candida pax thalamum cingat & alma quies.
Unus amor maneat, mens una ſit, una voluntas:
Amborum ſociet pectora firma fides.

Pro-

*Proſperitate novis præſens, ſuccurre Maritis,*
*Poſteritate novam multiplicato domum.*
*Progeniem videant claram, ſeroſq; nepotes*
*Neſtoris ac peragant tempora longa ſenis.*
*Hæc precor; hæc ſine quo nil felix, Præſes & Autor*
*Conjugii, faxis ſint rata vota, DEUS!*

*Paucula hæc*
Affinitatis, & benevolentiæ ergò
adponere volebat.
Andreas Cleemannus, L.
Baronatûs Lieberoſenſis
Paſtor primarius.

---

*POmifer autumnus Cochii primordia fecit*
*dulci conjugio, jure ego vota fero.*
*Tempus idem finem, puto fauſto hoc omine factum,*
*conjugii, lecti pignora cara ferat.*
*Caſta fides adſit, quam à Sponſa Myſta requirit,*
*ne Satanas obſit, Chriſte vocate veni.*
*Hæc voveo vobis* Cocci, *&* Treweria: *nempe*
*ut leges brevitas, ſic quoq; vota decet.*

Affinitatis ergò optabat
Michaël Fahrenholz, Diaconus Fürſtenvvald.

---

JUre equidem merito te, Cocci, dico beatum,
Nomine cuî Conjux re quoq; Fida venit;
Proſata Patre bono, cœtus Paſtore fidelis,
Quem pius & doctus quisq; verêtur, amat,
*Euſebie* finxit niveum cui candida pectus;
*Theulogia* ingenium nobile vera dedit.

Flexa-

Flexanimam in cujus labris habitare *Suadam*,
Ex ejus pendens ore loquentis ait:
Atq; ita ducentem, *verbo exemploq́;* docentem
Inſigni ſemper Concio honore colit.
Ergò iterum meritò te dico, SPONSE, beatum,
In thalamum *celebris* Filiam adepte *Viri*,
Quæ ceu nata probè, ſic eſt educta decenter,
Virtutum verè nominitanda penus.
A tali talis virgo debebat amari,
Pluribus ingenii SPONSE decore bonis.
Preſſa legens idem *Patris* veſtigia *docti*,
Cui volupe eſt *Natum munere* habere *parē*.
Qui quoties audit te cœlica verba docentem,
Exilit, & lacrimis gaudia mixta fovet.
Nec vero abludit, quod ſcribimus: aſſeret illud,
In patrio quisquis ſenſit amore faces.
O par inſtinctu ſupremi Numinis aptum,
Quàm paria in tenero ſunt bona multa pari!
Proficiat vobis iſtæc conjunctio bellè,
Quæ CHRISTO Autore eſt, quæ Duce cæpta bono.
Sit thalamus vobis bene concordatus honori:
Ut *Pater* & *Socer* hinc gaudia multa metāt.
Turba voluptatem ferat his mellita nepotum,
Qui celebrent laudes amplificentq́; DEI.

Gratulab. fundeb.
ἐυσεβέων παίδεσσι τὰ λώια
precans
M. Joannes Mollerus,
Scholæ Francof. Rector.

*Carmina poſcer,*
*Sponſe Sacerdos*
*Indole pollens,*
*Mente ſagaci,*
*Ore rotundo.*
*Carmina condo,*
*Carmina mitto,*
*Carmina curtæ,*
*Carmina craſſâ*
*Creta Minervâ.*
*Sit tibi felix*
*Sit bonus atq;*
*Ille Jehova*
*Cuncta benignus!*
*Qui rata tædæ*
*Sacra jugalis,*
*More recepto,*
*More paterno,*
*Divite fructu*
*Aſſolet omni*
*Tempore vitæ*
*Condecorare.*

Ita gratulatur Dn. Sponſo
Chriſtophorus Mollerus, Für-
ſtenvv. Eccleſiæ Subdiacon.
& Scholæ Rect.

---

LEgitimi cui contingunt benè fœdera lecti,
Huic Veris ſudi tempora ſemper erunt;
Jnfelix at conjugium cui fata dederunt,
Huic hyemis ſummæ tempora ſemper erunt.
Ergò SPONSE tibi cum fato & contigit Uxor
Millibus ê multis quæ tibi complacuit;
Neſtoreos vivas cum tali comprecor annos
Nuptâ, quò videas pignora multa toro,
Floreat in thalamo pax & concordia corda
Jungat quæ dirimat nulla querela precor!
Id precor id voveo: Plura & majora requiris.
Siderei adjiciat provida cura patris.

Fauſtæ acclamationis ergò adponebat
DAVID STERN, Regiſm. Neomar.
Paſtor in Coſſenblat.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-572712-p0012-1

## VOTUM NUPTIALE.

FLorentes annis Sponſi, vos læta juventus
Fœderis ætherei jura ſub æqua vocat:
Qualia jura DEI ſanxit ſuprema poteſtas,
Qua non quid tellus majus habetve polus.
Hinc mihi votorum ſit cauſa petita, juventus
Veſtra etiam ad ſenium floreat usq; precor.
Æternum florete animis, florete beati
Omnigenâ æternùm proſperitate domus.
Vitis in arboreâ ut floreſcit ſtirpe maritā;
Sic læti flores prodite uterq; ſuos:
Deniq; in æthereis læti effloreſcite regnis,
Floris ubi æterni ſplendor honorq; viget.

*Affinitatis Ergô compoſuit*
ADAMUS LEHHMANNUS,
Beſcovienſis, Paſtor Pfaffendorfenſis.

---

AD thalami feſtum gnati florere parati
Me quoq; COCCIADÆ littera blanda vocat.
Ne veniam mihi ſunt obſtacula mille, ſed ut ſim
Præſens, quâ teneor, ſuadet amicitia,
En venio, en præſto ſum, corpore, carmine, voto,
Voto devoto; hîc nil niſi vota valent.
Quare quod dulce eſt grator; quod amarius illud
Sentiat haut ſponſus, ſponſa nec ipſa precor.

*piè vovens prompta manu offerebat.*
BALTHASAR BENCCERUS,
Sauuenſium Paſtor.

L*Æta dies veniet, veniat mox ſidere læto,*
*Qua nubet læto læta puella viro.*
*Moribus hæc ornata bonis, pietate,* Fideq;,
*Jungetur docto nupta petita viro.*
*Conjugium felix hoc eſt, quod Numine ſacro*
*Firmatur, verbo quod probat ipſe* DEUS.
*Gratulor ergo tibi, cui talis ducitur uxor,*
*Quæ pia, quæ pulchra eſt, caſta, pudica proba.*
*Hancq́; precor cupidis amplectere, Sponſe, lacertis,*
*Et rurſus Sponſum dilige Sponſa tuum.*
*Hoc precor, ut præſens thalamus benè cedat amico,*
*Quem mihi ſyncerus conciliavit amor.*
*Inſuper & Chriſtus ſeros vos ſervet in annos,*
*Et tribuat, vitæ proſperitate frui.*

Gratulationis ergò
adjecit
Chriſtianus Friedehelm/
Paſtor Bucovienſis.

---

CHRISTIANUS COCCIUS,
EVA MARIA TREWERI.
*ἀναγραμμ.*
**COCCEE CHRISTE, VIA VIRUS-VIRTUS IN AMARA.**
*ἔκθεσις.*

COccee Chriſte, viâ virus-virtus in amarâ,
*Fidenti* virtus, virus *at absq́; fide.*
Virus *non ex te, ſed culpâ rejicientis*
Virtutem, *quam das ſufficiente* λύτρῳ

*Nam*

*Nam qvum cuncta* Salus *homini qværenda ſit intra*
*Te, manet extra te* virus *&* *omne malum.*
Coccee Chriſte, viâ virus-virtus in amarâ
*Sis ſponſo & ſponſæ pro Pietate novis.*
Virus *in hoc, dubio dubiam clamore ſalutem*
*Qvod facit ac animæ maxima damna creat.*
Virtus *qvod Patris potis eſt ſtabilire favorem*
*Fundatum merito cunctipatente tuo.*
Coccee Chriſte, viâ virus-virtus in amarâ,
Virtus *fit* virus *te ſine noſtra nocens.*
*Hoc probat exemplum primi genitoris Adami,*
*Lapſu qvi necuit pignora cuncta ſuo.*
*Defectûs ſtygii Satanæ teſtantur idipſum,*
*Nec non Chriſticoli turba ſacrata chori.*
Coccee Chriſte, viâ virus-virtus in amarâ,
*Connubii* virtus *propria* virus *alit.*
*Non poterit ſine me qvicqvam pertexere qvisqvam,*
*Inſtruis ut ſanctos per ſacra dicta tuos.*
*Præveniat noſtrum Bonitas tua conq; ſequatur,*
*Et benedicta domûs pallida cura cluet.*
Coccee Chriſte, viâ virus-virtus in amarâ
*Externo-interno fit tua crux homini*
*Tangendo hoc* virus *vitium nos qværere certam*
*In te* virtutem *nocte dieq; jubet.*
*Te, DEus, affecti ſummo mœrore requirunt,*
Correpta *inclamant anxia corda polum.*


Coccee

Coccee Chriſte, via virus - virtus in amarâ
*Hic cenſura torus quòd ſit amanda probet.*
*Ut, licet hoc* virus *multis corrumpat ocellos*
*Fletibus heîc*, virtus *attamen inde fluat.*
Spes *rata, firma* fides, *Triade & pòſt cum ſacroſanctâ*
Unio, *quæ nobis cælica regna refert.*
*Inſita* nominibus *ſponſorum* cabala *ſponſis*
Ominibus *fauſtis hæc* documenta *dedit*.
*Quæ* ſoceri *atq;* Gener Myſtæ, *candore fidelis*
*Proponunt populo penſiculanda* DEI.
*Hæc animent* ſoceros, ſocrus, Nuptam Generumq;,
Sic pax alma latus cinget utrumq; tori.

Benedictus Müller,
Scholæ Cotbuſ.
p.t. Moderator.

---

## Wolgemeinte Glückwünſchung
zum Heiligen Eheſtande
Herrn Chriſtian Coccius vnd Jungfer
Eva Maria Trewers.

VOn der erfrewten Schaar der Hochzeit mitgenoſſen
Bin ich zwar außgeſetzt: Jedoch vnaußgeſchloſſen
Von der vornembſten als Göttlichſte Hochzeit pflicht/
Wiewol ſie ohne mir auch were außgericht.
Doch gleichwol wird der Muth beweglicher geſtercket
Wenn man ſo groſſe Zahl der groſſen Beter mercket/
Die über dieſes jtzt verknüpffte Paar bereit
Des Segens hiebevor gnug haben außgeſtrewt.
Die Väter beyderſeits/auch manche Anverwandten
Sind von der werten Zunfft der Gottes Abgeſandten/

Vnd

Vnd der HErr Bräutigam trit auch an ſolche Statt
Da er viel Segens ſelbſt weit außzutheilen hat.
Die nu den überfluß an überreichen Segen
Von oben ziehen vnd auff die Gemeine legen/
Wie könt' es ſeyn das nicht hiervon der beſte Theil
Abtrieffen ſolte zu derſelben eignem Heyl?
Hier mag man ſich demnach gar gerne miteindringen/
Vnd kan man nicht garviel vom beten vnd an ſingen/
Iſt doch die Ehre groß die Hände mit empor
Auffheben bey dem Volck im Hoſianna Chor.

## Ein Anders.

1.

GLeich mit Gleichem wil ſich gatten
Sol gewünſcht' erſprießligkeit
Die Geſelſchafft überſchatten.
Drumb die ihr an itzo ſeyd
Durch Ehliche Pflicht verbunden
Habt euch wol zuſammen funden.

2.

Die vergleichung der Gemühter/
Jugend/ Tugend/ derer Lohn
Vnd was mehr iſt/ ſolche Güter
Mehret/ das des Prieſters Sohn
Eines Prieſters Tochter liebet
Selbſt auch einen Prieſter giebet.

3.

Wenn hier beyder Groß- vnd Väter
Stünden/ vnd auß ihrer Frucht
Ihres Stams vnd Amptsvertreter
Sehen:

Sehen: Solcher lieben Zucht
Würden ſie ſich hocherfrewen
Vnd dieſelbe benedeyen.

4.

Doch der Våter Segen gehen
Jhrer Hånd' auffheben tůgt
Ob ſie vorm Altar nicht ſtehen
So von Erd' auff Erden liegt.
Jch will derer Hauffe mehren
Die das Amen laſſen hören.

B. A.

---

*QVam molem ſubeas Doctiſsime Sponſe malorum,*
*Noſti, dum thalami fœdera caſta ſubis.*
*Deprimere hinc etenim mentem qvandoq; valebunt*
*Triſtia, nunc iſtinc tollere læta, tuam.*
*Hic ſi ritè ſcies medium tenuiſſe, qvis unquam*
*Te neget exculti nomen habere coqui?*
*Ille poteſt juſtâ miſturâ dulcia amaris*
*Miſcere, ex iſtis omne cavet nimium.*
*Hîc opus, hîc labor eſt, fortem te hic Hectora praſtes,*
*Auxilium feret hîc ſponſula FIDA tibi.*
*Gaudebis, tunc gaudebit, moerebis & iſta*
*Corde dolens verbis eximet omne malum.*
*Et ſic vivetis concordes Neſtoris annos,*
*Explebitq; domum prole, bonisq; DEUS.*

Chronodiſticha bina, in quo priore Annus, Menſis & Dies Nuptiarum; In poſteriori verò Annus Salutis deſignatur.

AVgVstI benê LVX ter ſena refVLget ab æthra,
ACCIPItVr CoCCI en EVa MarIa toro.
ConIVgIVM feLIX Sponſo tIbI gratVLor ergò,
JoVa bonIs CVnCtIs InCoLat Ipſe Lares

Sic Confratri ſuo, congratulari voluit
Christophorus Wörſteli9, Paſt, Stremn.

War

War iſts/ das die Natur/ die Mutter der Geſchöpffe/
Auß gleichem Thone macht ſo gar vngleiche Köpffe?
Der iſt bemühet ſtets mit Croeſus reich zu ſeyn:
Der hat das Bias Hertz/ rühmbt ſich des Wiſſens ſchein.
Ein ander ſolte wol ſich keiner Müh entbrechen/
Das er im höchſten Ampt das Vrthel möchte ſprechen:
Hier dem beliebet es/ zu ſuchen ſeine Frewd/
Im herlichen Pallaſt vnd köſtlichen Gebewd.
Seht wie doch jener prangt von Dienern überheuffet
Die Gaſſen hin vnd her mit dieſen Sclaven leuffet:
Das iſt ein Kleider Narr/ weil er darauff verpicht/
In Silber/ Gold vnd Zeug/ gleich wie ein Pfaw außbricht.
Ein ander wird verletzt durch trewe liebes Blicke/
Auch wol gefangen gantz in Ev-Maria Stricke.
Das ſeyd **Herr Bräutgam** ihr/ in heiſſer lieb entbrand/
Gegn ewer **Trewerin**/ ſo ewer liebſtes Pfand.
Nun liebet/ lebet wol: Weil ihr recht lieben könnet/
Den Höchſten Gott ſo ſelbſt/ die Liebe wird genennet;
Welchs ihr vnlängſt bey vns in einer Predigt lehr/
Was Gott recht lieben ſey/ wie jederman gehört.
So werdet ihr fürwar auch trewe liebe tragen/
Gegn ewer **Trewerin**/ nicht lange darnach fragen:
Ob ſie mit gegen lieb/ euch zugethan/ verpflicht/
Habt ihr doch deſſen ſchon genugſamen bericht.
Iſts euch doch wol bekand das ſie auß **Trewers** Orden/
Der weder Gott noch euch jemahls müßtrewe worden.
Bekennen muß man hier das **Trewers** Trewe Lehrt
Wie man recht Himmel an/ zum Höchſten ſich bekehrt.
Solt ders nicht meinen Trew? ſo offt beweglich führet
Zu Gott der Sünder Hertz/ ſo das Gewiſſen rühret/
Das/ wann es Steinern wehr/ nicht vnbeweglich blieb/
Ja wer nur eiu Menſch iſt/ darob ſich bald betrüb.
Drumb liebet auch getrew biß man wird ſagen können/
Auß zween ſind worden drey/ vnd euch Großvater nönnen:
Das die Braut wiegen muß ein liebes Söhnelein/
Vnd tragen in dem Arm ein andet Chriſtjänlein.

Satzte dem Herren Bräutigam zu Ehren hinzu
**Georg Rieſe.**

C

CHRISTIANUS COCCIUS
per anagr.
CHRISTUS CUI CONSCIA.
EVA MARIA TREVERIA.
anagr.
J REVERA AVET AMARI.
VI VERA AMARIER A TE.
Enucleatio

CHriſtiano EVA MARIA datur, re corpore & ore
Jungantur porro, more & amore ſibi,
Hæc conjungendis adjungo vota precesq;
Et qvod cuiq; ſuum nominis omen habet;
Condonent alii qveis res eſt amplior aurum
Argentumve, à me tale anagramma datur:
CHRISTE TORUM ACCURA, SI SANI VIVERE; CAJA
Orabat Sarai; Det Deus autor idem
Conjugii vobis, & qvod pia corda vovebunt
Amplius à Domino ſint pia vota rata.
GAZA PROIN CHRISTUS, VERI CUI CONSCIA MENS EST.
Chriſtianum maneat, non peritura, dein.
Fidus amor Sponſæ, REVERA ſvavis AMARI
Amplectare modò Sponſe, decenter AVET
VI VERA cordis promittit AMARIER A TE
Fac redames ſimili cordis amore diu.
Sic ſervata fides & mens ſibi conſcia recti
Dat fidei finem, fert ſine fine bonum.

Ita vovebat
Georgius Petro, Paſtor
Trebuttenſis.

---

DJe auff wilder Seen ſchweben/
Vnd dem trüben Norden-Wind
Sampt dem Gut vnd ſüſſen Leben
Mehr als gäntzlich eigen ſind/
Nennen Frewden-volle Stunden
Die/ darin der Perlen Sand
Sie am offt gewünſchten Strand
Glücklich troffen vnd gefunden.

Andre/

Andre/ ſo Bellona leitet
Zum Gradivus grůmmen Heer/
Daß nichts als nur Krieg bereitet/
Zuerjagen Ruhm vnd Ehr;
Nennen Frewden-volle Stunden
Die/ darin ſie jhren Feind
Dem ſie nachgeeilet ſeind/
Nunmehr gäntzlich überwunden.
Doch wer achtet grůmme Sachen/
Perlen vnd den ſchönen Koth?
Denn/ wenn Donner/ Blitz vnd Krachen
Der Cartaunen vns den Tod
Fůr die blöden Augen ſtellet;
Wenn der vngeſtůme Nord
Vnſer Bretter-důckes Bord/
Als mit Schantzen gantz vmbwellet/
Iſt nur Zittern Furcht vnd Zagen/
(Heiſt das Frewden-volle Stund?)
Heilen/ Winſeln/ Weheklagen/
In den faſt entſellen Mund!
Aber Frewden-volle Stunden
Sind/ da der verliebte Mund
Machet an allen Enden kund.
Das er trewe Liebe funden.
Drumb weil Trewe hat Trewe funden/
(Wie diß Nahm vnd That bewährt)
Vnd der beyder Hertz verbunden;
Annoch Liebe diß begehrt/
Daß die recht-Frewd-volle Stunden
Nach dem drey gedreyten Schein
Vnſers Monden/ mögen ſein
Wenn auß zwey wird drey gefunden.

Nuptiæ ſanæ, quibuscunq; benè conſtitutæ ſunt, iis Vita beata contigit. Eurip. in Oreſt.

Quo

* * * *

QUo Pharetrate meas Puer, & tua tela retorques?
Num te Fata regunt, Fata vel ipſe regis?
Eſt tamen abſurdum tibi Fata dediſſe ſubacta,
Nil quia Fata regit, Fata ſed omne regunt.
Siq; regunt quodvis, ceu clamat Pagina ſacra,
Fata regent tædas, non Puer ille nocens.

Læto animo Iq; m.
fuſum transmittit
Francof.
Samuel Laurentii, Gubenas.

---

Ἐστι γάμος τάξις μεγάλοιο γλυκεῖα θεοῖο,
Παντοδαποῖς κοσμεῖ ἣν ἀγαθοῖς Ἀγαθός.
Καὶ σὺ καλῶς τοίνυν πολὺ Φίλτατε Κόκκιε ποιεῖς,
Τάξει ὅταν βϐλει τῇδ᾽ ὑποτασσέμεναι,
Παρθενικὴν γήμας θείοιο θύγατρα ἐμοῖο,
Εἶδος καλλίστην, τῆς ἀρετῆς τε σέλας.
Εὖ μετὰ τῆς ἀλόχϐ ζῇ καὶ ὁμοθυμαδὸν αἰεί.
Εὖ ποιῇ ὑμῶν συζυγίην ὁ θεός.

COnjugium Ordo Dei eſt jucundus amabile Magni,
Omnigenis ornat quem Bonus ille bonis.
Ergò facis rectè quoq; tu Chariſſime COCCI,
Ordini huic cùm te ſubdere ritè velis.
Nata mei Patrui Virgo tibi ducitur uxor,
Quæ præſtat formâ, quæ probitate micat.
Cum quâ vive benè uxore & concorditer usq;:
Conjugio veſtro det Deus eſſe benè.

Ita gratulabatur
Sponſæ patruelis,
Gotthilff Tremer/ Scholæ
Francof. ad Viadr.
Alumnus.

Carmen Elegiacum quod scripsi Joanni Baptistæ Gebelio Suidnic. Silesio Pastori Ecclæ in Rachow, cum gradum Magisterij nancisceret Decano M. Theodoro Eberto 17 Calend. Maij A. 1624. ætatis meæ 19.

Ito bonis avibus GEBELI, quò Deus Autor,
Quò te fata vocant, ito bonis avibus.
Magnum opus adgrederis, sed, quod tibicine fultus
Numinis ætherei, fortiter expedies.
Imbuet orantis linguam locuplete Suadâ,
SPIRITUS Orator cœlicus ille, tuam.
Seminium dissperge DEI per cordium agellos:
Nec sine mole preces, aut sine fruge, dato.
Et vineta DEI assiduo accubuóque labore
Percole, quo fructûs mille, supraq́ ferant:
BAPTISTAM ex cathedrâ BAPTISTA imitare tonantem
GEBELI! verâ pro pietate puta:.
Instrue non-doctos, errantes corrige, fractos
Erige, confuta dogmata vera minus.
Sic vivente volent tecum partirier annos
Prospera dicentes queis sacra dicta feres.
Sublatisq́ olim manibus, sine pondere terram
Manibus optabunt, (sed bene serò) tuis,
Cùm tuba te ruptâ tumbâ revocabit ab umbris,
JOVA, mei pastor dicet, adesto, gregis;
Ambrosiâ rursum te pascam & nectare; quare
Magna cape astrati præmia, carpe, poli.
Hoc penitis animi penetralibus opto, precorq́
JANE mihi multo n nomine chare! VALE.

Nr 827

TA-FL

ULB Halle 3
002 062 674

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-572712-p0024-8

ΠΙΓΑΜΗΛΙΑ

*In*

...e nuptiarum feſtum,

*Quod*

... *& Doctiſſ. Vir*

DN.

# ...ANUS COCCIUS

... Riezenſis Fideliſſ.

...*rendi & Doctiſſimi Viri*

...STI JULII COCCII,

...coni Beſcov: Filius,

*Cum*

...*na juxta ac piiſſima Virgine*

## ...RIA TREWERIA,

...*erendi & Clariſſimi Viri*

...FRIDI TREWERS,

... & Inſpect. Beſcov.

Filia

... Septemb. anni hujus

1645.

celebratus eſt,

...ſcripta ab Amicis.

---

...*rancofurti ad Viadrum*

excudebat

...*OLAUS KOCHIUS.*

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-572712-p0025-3